

Liber Secundus

Institutionis modus.

Capitulum. LVJ.

Dubius modis heredes instituuntur. s. verbis directis et verbis inflexis, idest obliquis, directis verbis ut dicendo. *M. si filius meus sit mihi heres.* verbis inflexis: ut. *M. filius meus mihi heredem instituo.* Heredes instituuntur a certo tpe ad certum tempus in certam rem et in certam quantitate. Instituuntur et vel sub conditione possibili, quia impossibilis conditio institutioibus et legatibus fidei commissis et libertatibus pro non facto habentur.

Exheredatio heredum.

Capitulum. LVII.

Filij. ciiij. & causae exheredant

Exheredatur filij, xiiij. de causis. Primo si legitimam uxorem patris violant. Secundo si indebite testimonium patris impediunt. Tertio si inlicitis pro patre fideiubere nolunt. Quarto si patrem indebite captiuant. Quinto si ab honesta captiuitate patrem non liberant. Sexto si bona paterna dilapidant. Septimo si patri necessaria non ministrant. Octauo si contra patrem criminaliter agunt. Nonno si patrem suum sine causa vituperant. Decimo si patrem verberant. Undecimo si patrem vulnerant. Duodecimo si patri mortem machinantur. Tertiodecimo si filij degenerant et hystriones fiant. Quartodecimo si efficiuntur fures et latrones.

Exheredatio filiarum.

Capitulum. LVIII.

Exheredatur filia filia quando degenerat, hoc est quando annos xv. annos meretricatur. Si vero post, tunc perdit honorem sed non hereditatem. Si post. xvij. annum ducit virum legitimum sine voluntate parentum: tunc non perdit res neque honorem. Si autem per dyodemum annum sine voluntate parentum ducit virum, demeretur paternas res sed non honorem. Et nota quod omne Jus quod habent liberi, idest filij et filie primi gradus. Idem Jus habent filij et filie secundi gradus scilicet nepotes et neptes. Quia omnes illi in loca patrum et matrum succedunt. Nec iure nouo est aliqua differentia inter filium et filiam in institutione heredis aut successione hereditatum. Sed quid si quis simpliciter dicat. *M. filie mee relinquo omnia bona.* verum valeat illud testamentum, dico quod non quia nec iure legatibus nec iure institutionis relinquit. Si autem quis dicat. *A. heredem mihi instituo et illi omnia bona mea relinquo.* Tunc valeat testamentum: quia sic iure institutionis bona illa videntur esse relicta. Queritur Aliquis habuit plures uxores: et ex qualibet pueros generauit. Quomodo instituet illos. Dico in bonis paternis omnes illos pueros equaliter instituet, sed in bonis maternis quilibet succedit sue matri. Et econ